

- 80 Dispositio duplex est: una præparans ad formam, altera illam consequens, lib. 8, cap. 13, num. 8.
- 81 Dispositio antecedens, nec in rebus physicis nec in moralibus, a re ad quam disponit, effective causari potest, lib. 8, cap. 13, a num. 8 usque ad 12.
- 82 Dispositionem ultimam ad gratiam procedere ab habitu infuso ejusdem gratiæ, nullibi docuit D. Thomas, lib. 8, cap. 14, per totum.
- 83 Gradus gratiæ et meriti an arithmetice, an geometricæ sibi respondeant? lib. 9 cap. 3, num. 46.
- 84 Gratia distinctio in esse gratiæ et in esse qualitatis, lib. 9, cap. 3, num. 39 et 42. Per idem omnino esse præstat suos effectus formales, ibid. Per idem etiam intenditur, ibid. num. 40 et 41.
- 85 Gratiam inamissibilem esse hæretici asserunt, lib. 11, cap. 1, num. 1, 2 et 3, et cap. 2, num. 2. Ejus amissibilitas probatur, cap. 1, a num. 7 usque ad 13.
- 86 Gratiam esse tantum amissibilem ad tempus, non finaliter, hæretici errant, lib. 11, cap. 2, a principio. Contrarium probatur in prædestinatis, num. 6 et 11, et in reprobis, a num. 7.
- 87 Gratiam amissam recuperandam esse per penitentiam, tam incertum quam justum esse perseverantium, lib. 11, cap. 2, num. 11.
- 88 Gratia et charitatis desitio non est proprie annihilatio. Et unde talis desitio proveniat, lib. 11, cap. 1, num. 23, 24.
- 89 Gratia justificantis nomine non solum primam gratiam, sed augmentum ejus et auxilia comprehendunt Patres, lib. 10, cap. 3, num. 3.
- 90 Gratia ab extrinseco tantum corruptibilis est, lib. 10, in prælud., num. 1. Non conservatur ab homine physice, præterquam materiali influxu, ibid., num. 2.
- 91 Gratia conservationem moralem a sola fide pendere errant hæretici, lib. 11, cap. 3, num. 5; et lib. 10, cap., a num. 2. Impugnantur, a num. 6, ostendendo requiri etiam declinare a malo, et a num. 8, ostendendo requiri facere bonum.
- 92 Gratia generationem plura requirere quam conservationem ostenditur, lib. 10, cap. 1, num. 10.
- 93 Conservatio gratiæ pendet a bonis operibus ut a removente prohibens, id est, peccatum. Infusio tamen gratiæ requirit opera in adultis, lib. 10, cap. 1, num. 11.
- 94 Ad gratia conservationem non satis est implere præcepta omnia quoad substantiam solum, lib. 10, cap. 1, num. 12. Imo moraliter necessarium est servare consilia, ut gratia diu conservetur, ibid.
- 95 Gratia habituali non debentur auxilia efficacia, quibus diu conservetur, lib. 11, cap. 2, num. 11. Sed tantum auxilia sufficientia, lib. 10, cap. 3, a num. 2 et 6; et lib. 9, cap. 7, num. 2.
- 96 Gratia amissa, cur sola fides et spes remaneant, lib. 11, cap. 5, num. 25.
- 97 Gratiam per peccata venialia remitti, qui affirmant, lib. 11, cap. 8, a num. 5. Oppositum verum ostenditur, ibid., a num. 7.
- 98 Gratia de se inclinatur ad non peccandum, etiam venialiter, lib. 11, cap. 8 in fine. Non tamen remittitur per propositum peccandi venialiter, ibid.
- 99 Gratia inequalitas in diversis hominibus arguit intensibilitatem et remissibilitatem in eodem, lib. 9, cap. 1, initio, et num. 9.
- 100 Gratia prima infusio fit secundum proportionem physicam dispositionis, non ita intensio sive augmentum, lib. 9, cap. 3, num. 23, 24 et 25.

- 101 Gratia habere terminum intensiois spectata etiam potentia absoluta, qui affirmant, lib. 9, c. 5, num. 1. Oppositum probatur, num. 3. Qui dicant naturaliter saltem habere terminum, num. 2. Impugnatur, num. 6 et 7. Qui dicant ex sola subjecti capacitate limitari, num. 3. Impugnantur, num. 8. Nullo ex istis modis habere terminum ostenditur, a num. 4.
- 102 Gratia capacitas in omni creatura intellectuali æqualis, ibid.
- 103 Gratia unde habeat carere termino intensiois, non essentialiter, lib. 9, cap. 5, num. 9. Unde habeat quod nulli subjecto possit esse connaturalis, ibid.
- 104 Gratia viæ an interdum major gratia patriæ, l. 9, cap. 6, num. 16.
- 105 Gratia infusio non semper mundatur a venialibus, lib. 9, cap. 7, num. 1.
- 106 Gratia indicia, seu signa, quam sint incerta, l. 9, cap. 10, num. 12 et 13. Quæ sint hæc moralia signa gratiæ, lib. 9, cap. 11, a num. 6.
- 107 Gratia cur dicatur fons aquæ salientis in vitam æternam, et semen gloriæ, lib. 12, cap. 1, num. 14 et 18.
- 108 Cur gratia non dicitur merces bonorum operum, sicut gloria, lib. 12, cap. 18, num. 7.
- 109 Quæ sit prima gratia expenditur, lib. 12, cap. 23, num. 1, et cap. 28, num. 2.
- 110 Quid sit gratia consummata, et quid addat super gratiam viæ, lib. 12, cap. 29, num. 5.
- 111 Gratia certitudo, vide CERTITUDO, a num. 8, usque ad 19.
- 112 Comparatio gratiæ cum charitate, vide CHARITAS, num. 4.
- 113 Status gratiæ ad meritum, vide MERITUM.
- 114 Quomodo gratia ejusque augmentum cadat sub meritum, vide MERITUM, num. 91, 92, 95, 139 et 140.

## GRATITUDO.

- 1 Gratitudinis virtus proprie et formaliter non reperitur in Deo, nec ex illa obligari potest ad merita compensanda, lib. 12, cap. 30, num. 12, et cap. 36, num. 9.

## H

## HABITUS.

- 1 Habitus supernaturalis, vide ACTUS SUPERNATURALIS.
- 2 Habitus supernaturales de potentia absoluta non sunt necessarii; non ita de ordinaria, nec secundum convenientem providentiam, lib. 6, cap. 1, num. 20, et cap. 4, num. 10, fusi. Complent potentias ad operationem, ibid.
- 3 Habitus nomine communiter principium actus intelligitur; si vox latius sumatur, quamcumque qualitatem animam afficientem, quæ actus secundus non sit significat, lib. 6, cap. 4, num. 1.
- 4 Habitus per se et per accidens infusi distinctis, ibid., num. 2.
- 5 Habitus gratiæ infusæ non est genus respectu virtutis infusæ, ibid.
- 6 Habitus per se infusus a nulla causa præter Deum fieri potest, ibid., num. 3. Est determinatus quoad speciem ad honestum supernaturalis ordinis, ibid.
- 7 Habitus per se infusus requiritur ad substantiam actus, seu ut fiat, qualiter oportet ad salutem, ibid., num. 4. Pro eodem ac virtus sumitur, ibid. Nullus unquam Catholicus Theologus eum negavit;

- charitatis tamen habitum infusum negavit Magister, ibid., num. 5.
- 8 Habitus per se infusus operativos dari Catholica sententia est, lib. 6, cap. 4, num. 7.
- 9 Si potentia habitibus infusis careat, speciali Dei auxilio eget ad actus eliciendos supernaturales, ibid., num. 15. Adhuc sine illis actus eliciti vitalis diceretur, ibid.
- 10 Habitus per se infusi ponuntur ut potestatem et facilitatem ad operandum conferant, ibid., n. 11.
- 11 Habitu in communi sumpto non repugnat potestatem ad operandum posse conferre, ibid.
- 12 Habitus infusi ab actibus fieri non possunt, ibid. Essentialiter supponunt potentias quibus conferunt posse operari, ibid., num. 12.
- 13 Sub prima qualitatis specie collocantur, ibid.
- 14 Si habitus infusus solus esset actus causa, non esset vitalis, num. 3.
- 15 Habitus voluntatis non sunt formaliter liberi, sed denominative, lib. 6, cap. 5, num. 13.
- 16 Habitus supernaturalis influxus sine influxu potentia non est sufficiens ad eliciendos actus liberos, ibid.
- 17 Habitus infusi per se sunt proxima et principalia principia actuum supernaturalium, lib. 6, cap. 6, num. 4, et cap. 7, num. 1. Debentur illis proportionatus concursus ad actus supernaturales, lib. 6, cap. 7, num. 1.
- 18 Habitus infusus potentia virtutem non immutat, ibid., num. 3.
- 19 Habitus piæ affectionis præcise spectatus virtus Theologalis non est, sed moralis, cap. 8, num. 17.
- 20 Omnis habitus honestus generatim loquendo est vera virtus, lib. 6, cap. 10, num. 1.
- 21 Habitus doni Spiritus Sancti. Vide DONUM.
- 22 Habitus supernaturalis est per se infusus necessario, lib. 6, cap. 14, num. 2.
- 23 Habitus naturalis acquisitus in materia virtutum infusarum non est per se necessarius ad perfectionem, seu usum ipsarum, ibid., cap. 14, num. 18. Illas tamen suo modo juvat, ibid., num. 19.
- 24 Habitus charitatis de potentia absoluta potest cum habituali peccato simul consistere, lib. 7, cap. 20, num. 3, 4 et 5. Vide CHARITAS, num. 16, et CONTRITIO, num. 23 et 24.
- 25 Quæ sit differentia inter habitus viæ et patriæ, lib. 8, cap. 1, num. 8.
- 26 Habitus per se infusus nobilior est suo actu, l. 6, cap. 7, num. 4; et lib. 8, cap. 4, num. 19. Per unum actum contrarium deperditur, ibid. Habitus quos homo per actus potest acquirere, ordinarie Deus non infundit, ibid.
- 27 Habitus gratiæ potest concurrere ad primum actum qui non sit dispositio ad illam, lib. 8, cap. 11, num. 1.
- 28 Habitus infusi formalis effectus non est facere gratum, sed bene dispositum ad operandum, lib. 7, cap. 4, n. 4.
- 29 De fide est tres habitus fidei, spei et charitatis sub his nominibus nobis permanenter infundi, lib. 6, cap. 8, num. 14 et 15.
- 30 Habitus fidei et spei intendi possunt in peccatore, lib. 9, cap. 2, num. 13.
- 31 Habitus etiam supernaturales subordinantur potentia in usu, non quoad efficaciam, lib. 10, cap. 7, num. 12.
- 32 Habitus supernaturales intendi possunt, non remitti, lib. 11, cap. 8, num. 16.

- 33 Habitus per se non resistit actui habitus contrarii, lib. 11, cap. 6, num. 6.
- 34 Deus non nisi habitum bonum et honestum infundere potest, lib. 6, cap. 7, num. 3.
- 35 De potentia absoluta potest Deus habitus infusos conferre sine gratiæ sanctificantis infusione, lib. 7, cap. 4, num. 4.

## HÆRETICUS.

- 1 Hæreticus qui uni articulo discredet, quamvis alium retineat, statim infirmiore suam sentit fidem, l. 6, cap. 14, num. 10.
- 2 Hæreticus facilitatem habet ex habitu acquisito et speciebus relictis ab objectis antea creditis, ibid.
- 3 Hæreticus censendus qui conclusionem deductam per evidentem consequentiam ex principiis de fide negaret, lib. 6, cap. 3, num. 10.
- 4 Hæreticus. Vide FIDES, num. 33.

## HOMO.

- 1 Homo in puris naturalibus, eo ipso quod rationalis est, filius Dei dici potest, lib. 7, cap. 2, num. 7. Sic sumptus tendit in Deum ultimum finem naturalem per suos actus, ibid.
- 2 Homo per suam naturam habet connaturale jus ad beatitudinem naturalem; per gratiam ad supernaturalem, ibid., num. 7. A Deo ad gloriam actualiter acceptus sine gratia, gratus illi extrinsece diceretur, lib. 7, cap. 3, num. 14.
- 3 Homo fit justus per gratiam animæ infusam, lib. 7, cap. 7, num. 4. Non potest justus aut justior fieri formaliter et intrinsece, etiam de potentia absoluta per justitiam Dei, vel Christi imputativam, ibid., num. 33 et 34.
- 4 Homo ut justus dicatur et sit, non opus est ut actualiter operetur, sed satis est gratiam habitualement habeat, lib. 7, cap. 8, num. 31.
- 5 Homo per sui mutationem ad Deum convertitur; Deus vero absque ulla hominem conversum de novo diligit, lib. 7, cap. 13, num. 14.
- 6 Homo non potest satisfacere de rigore justitiæ pro offensa peccati, lib. 7, cap. 14, num. 40 et 70. Potest tamen jam gratus de absoluta justitia mereri, vel pro pœna temporali satisfacere, ibid., num. 40.
- 7 Homo ex se et ex vi suarum potentiarum Deum ut finem supernaturalem nec cognoscere, nec amare potest, lib. 6, cap. 8, num. 3.

## I

## IMPETRATIO.

- 1 Impetratio. Vide MERITUM, num. 128 et 129. Impetratio. Vide ORATIO, num. 3.

## IMPOTENTIA.

- 1 Impotentia moralis ad vitanda omnia peccata citra privilegium, est simpliciter impotentia, lib. 9, c. 8, num. 17, 23 et 29.

## INCEPTIO.

- 1 Inceptio, vide RES.

## INDICIA.

- 1 Quænam indicia adeptæ gratiæ, lib. 9, cap. 1, n. 6.
- 2 Indicia fidei, vide FIDES, num. 34.
- 3 Indicia, sive signa gratiæ, vide GRATIA, num. 106.

## INFANS.

- 1 Infantem hunc, verbi gratia, esse vere baptizatum et

gratiam habere, quomodo credamus, lib. 9, cap. 9, num. 33.

2 Infans, vide PARVULUS.

## INFIDELITAS.

1 Infidelitas, vide FIDES, præcipue num. 27 et 28.

2 Infidelitas dispositive moraliter corrumpit 7dem, et non solum de meritorie, et in quo consistat hoc disponendi munus, lib. 11, cap. 7, num. 12. Qui putent corrumpere physice, ibid., num. 11.

## INFINITUM.

1 Infinitam qualitatem intensive produci actu cur repugnet, lib. 9, cap. 5, num. 10.

## INFUSIO.

1 Infusio gratiæ, vide CONSERVATIO.

2 Infusio gratiæ, vide GRATIA, num. 41, 54 et 100.

## INJURIA.

1 Injuria crescit ex dignitate personæ offensæ, l. 7, cap. 14, num. 46. Et quomodo hoc intelligendum, ibid., num. 64 et 66.

2 Licet injuria facta Deo intensive infinita non sit, non ideo pura creatura pro illa de condigno satisfacere potest, ibid., num. 70.

3 Discrimen inter remissionem injuriæ a Deo et hominibus factam, ibid., num. 12.

## INJUSTITIA.

1 De intrinseca ratione injustitiæ non est ut læsus damnum in suis bonis patiat, lib. 7, cap. 14, n. 59.

2 Ad injustitiæ peccatum committendum satis est aliquem jure sibi debito privare, ibid.

## INNOCENTIA.

1 Innocentiæ rectitudo in quo consistat, lib. 7, c. 22, num. 17.

2 Per nullam justificationem innocentiae rectitudo potest restitui, ibid.

3 Innocentiæ perditæ restitutio ad perfectam peccati remissionem necessaria non est, ibid.

## INSTRUMENTUM.

1 Instrumento proprie dicto cum libertate operari non repugnat, lib. 6, cap. 7, num. 12.

## INTELLECTUS, et INTELLECTIO.

1 Intellectus divinus est excellentius attributum voluntate, lib. 6, cap. 13, n. 8.

2 Intellectus se suosque actus non melius novit, quam voluntatis, lib. 9, cap. 12, num. 13.

3 Intellectio ut actio vitalis est, essentialiter pendet ab intellectu, lib. 6, cap. 13, num. 8.

## INTENSIO.

1 Intensio formæ ut respondeat intensiõni dispositio, lib. 9, cap. 3, num. 46.

2 Intensio gratiæ, vide GRATIA, n. 100 usque ad 103.

3 Intensio ad meritum non requiritur, lib. 12, cap. 8, num. 3 et 4. Si datur, ei meritum correspondet, lib. 9, cap. 3, num. 22.

## J

## JUDICIUM.

1 Judicium probabile potest et debet quis habere de sua gratia, lib. 9, cap. 11, num. 3.

## JUS.

1 Jus ad gloriam quod gratia confert, qualiter intelligendum, lib. 11, cap. 2, num. 13.

## JUSTIFICATIO, JUSTIFICATUS, et JUSTIFICARI.

1 Verbi justificatio, duplex significatio, lib. 7, cap. 6, num. 10.

2 Justificatio intervencu alicujus gratiæ creatæ et inhærentis in nobis fit, lib. 6, cap. 4, num. 4. Duplex est, lib. 7, cap. 11, num. 14. Altera peccatum supponit, altera non supponit, ibid.

3 Quacumque ratione contingat, in lege nova fit per gratiam habitualiter inhærentem, lib. 6, cap. 3, num. 12 et 14. Idem dicendum de justificatis ante Christi adventum, et justificatione Adami, quam ante lapsum habuit, lib. 6, cap. 3, num. 18.

4 Justificatio dividitur in primam et secundam, l. 7, cap. 6, num. 4.

5 Justificatio quæ fit per Sacramentum poenitentiae de perditâ gratia, non est secunda, sed prima, lib. 7, cap. 6, num. 18.

6 Accidentaliter dici potest secunda, ibid.

7 Secunda justificatio proprie illa est, in qua ex grato fit quis magis gratus per augmentum gratiæ, ibid., num. 18. Hæc in infinitum usque ad mortem potest multiplicari, ibid.

8 Prima justificatio aliquando fit ex carentia gratiæ tanquam ex termino pure negativo, lib. 7, cap. 6, num. 16.

9 Justificatio impii peccatorum remissionem, et alicujus doni positivi infusorem includit, lib. 7, cap. 6, num. 21, et cap. 11, num. 15. Hæc duo includi de fide est, ibid., et cap. 7, a num. 4.

10 Justificatio formalis non potest esse aliquid extrinsecum comparatione justificati, c. 7, n. 15 et 16.

11 Justificatio prima, non augmentum ejus, fit juxta proportionem physicam dispositionis, et cur, l. 9, cap. 3, num. 43, 44 et 45.

12 Justificatos nos esse de facto per Sacramentum, scire non possumus citra revelationem, lib. 9, cap. 10, num. 10.

13 Justificationis nostræ sive gratiæ habitualis tres causas Tridentinum numeravit, lib. 8, cap. 4, per totum.

14 Per justificationem quæ ex peccato non procedit, unum beneficium fit homini justificato, lib. 7, cap. 11, num. 15.

15 Justificatio expulsionem peccati de lege ordinaria necessario includit, vel infert, ibid., num. 17.

16 In peccatoris justificatione potius animæ interior renovatio, quam peccati expulsio intenditur, cap. 11, num. 20.

17 Justificatio gratuita est, et si ab illam homo per proprios actus disponatur, lib. 8, cap. 6, n. 5, et lib. 7, cap. 14, n. 41.

18 Ad impii justificationem necessaria est prævia dispositio, lib. 8, cap. 6, num. 6.

19 Ad justificationem sex actus numerat Tridentinum, lib. 8, cap. 18, n. 1.

20 Justificatio impii non est majus opus physicum augmento gratiæ justo collatæ, est tamen majus beneficium, lib. 8, cap. 25, num. 5.

21 Justificatio ordinariæ opus miraculosum non est, lib. 7, cap. 25, num. 7 et 9.

22 Asserere justificationem parvulorum non fieri per habitualem gratiam in baptismo infusam, erroneum in fide est, lib. 7, cap. 8, num. 6 et 7. Vide etiam PARVULUS.

23 Idem de justificatione adultorum sub eadem censura dicendum, ibid., num. 8 et 9.

24 Justificationem ex peccato factam semper privatio gratiæ tempore antecedit, lib. 7, cap. 6, num. 15. Aliter dicendum de facta ex carentia gratiæ tanquam ex termino pure negativo, ibid.

25 Quem terminum a quo habuit justificatio Beatisimæ Virginis, ibid., num. 16.

26 Justificatio Christi quomodo per gratiam fuerit facta, ibid.

27 In quo fuit justificatio Adami similis Christi justificationi, ibid.

28 Justificatio per Baptismum comparata perfectior quoad aliquos effectus, quam quæ per poenitentiam, lib. 7, cap. 6, num. 17.

29 Justificatus per habitualement gratiam potest esse debito poenæ. Non tamen injuriæ, lib. 7, cap. 14, num. 11.

30 Justificatus per attritionem cum sacramento non potest satisfacere pro iisdem peccatis tempore subsequentem per contritionem, ibid., num. 16.

31 Hominem nihil boni posse operari priusquam justificetur, quomodo intelligendum, lib. 8, cap. 21, num. 16.

32 Judæi non justificabantur ex operibus legis, ut legis erant, lib. 8, cap. 22, num. 3. Poterant tamen illam servantes justificari, ibid.

33 Paulus dicens hominem non justificari ex operibus, exponitur, ibid., per totum fere caput. Et Jacobo conciliatur, ibid.

34 Tota justificatio potest fieri in instanti, lib. 8, cap. 23, num. 4 et 7.

## JUSTITIA PROUT VIRTUS.

1 Justitiæ multiplex acceptio et divisio, lib. 12, c. 30, num. 4.

2 Justitia proprie sumpta partitur in commutativam, distributivam et legalem, ibid.

3 Quid sit justitia legalis? ibid. Quid significetur hoc nomine justitiæ generalis? quid particularis? ibid.

4 Assignantur rationes distinctivæ inter justitiam commutativam et distributivam, lib. 12, cap. 30, num. 29.

5 Quomodo possit inveniri justitia inter patrem et filium, dominum et servum, ibid., num. 42.

6 Utrum possit dari justitia inter Deum et hominem satisficientem, vide HOMO, num. 6.

## JUSTITIA PROUT EST ATTRIBUTUM DEI.

1 Propria justitiæ obligatio ex parte Dei erga homines potest dari, lib. 7, cap. 14, num. 60.

2 Deus ex propria et peculiari virtute justitiæ, quæ in promissione fundatur, præmia confert, lib. 12, cap. 30, num. 25.

3 Hæc justitia est commutativa, ibid., num. 30. Servatur etiam ibi justitia distributiva, ibid., num. 31.

4 Retributio meritorum, quæ non fundatur in promissione Dei antecedente, fit ex quadam justitia legali seu providentiali, ibid., num. 21.

5 Propria obligatio justitiæ commutativæ supponit aliquam promissionem, lib. 7, cap. 14, num. 60.

6 Licet justitia ex parte Dei ad homines non daretur, adhuc amittenda est ex parte hominum in Deum, ibid.

7 Justitia hominis ad Deum oritur ex natura rei, et nulla præsupposita promissione, lib. 6, cap. 14, num. 60.

8 Gratiae augmentum fit ex vero justitiæ merito, l. 7, cap. 14, num. 41.

9 Homo mereri potest apud Deum ex rigore justitiæ, vide MERITUM, num. 6.

## JUSTITIA PROUT EST SANCTITAS.

1 Justitiæ propria significatio, quæ? lib. 7, c. 6, n. 2.

2 Justitia in universalem et particularem secatur, cap. 6, num. 3.

3 Justitia universalis est collectio omnium virtutum, ibid. In habitualement et actualement dividitur, ibid., num. 4.

4 Justitia universalis actualis consistit in exercitio actuum omnium virtutum, ibid. Habitualement in perfectione permanente ad omnium virtutum opera, ibid. Utraque in acquisitam et infusam dividitur, ibid.

5 Justitia in humanam et divinam distinguitur, ibid. Humana consistit in externa observatione alicujus legis, ibid. Divina semper vera est, humana et vera et ficta esse potest, lib. 7, cap. 6, num. 5.

6 Humana in naturalem, seu moralem et civilem subdistinguitur. Naturalis legi naturali est consentanea; civilis legibus humanis, ibid., num. 6.

7 Justitia legalis sub humana comprehenditur, n. 6 et 7.

8 Justitia divina dicitur interna rectitudo et sanctitas, num. 8. Per hanc homines grati fiunt Deo, ibid. Per hanc a malis distinguuntur, ibid.

9 Probabile est justitiam formaliter hominem sanctificantem, esse simplicem qualitatem, lib. 7, cap. 9, num. 1 et 13. Hæc est gratiæ gratum faciens, animæque substantiam informans, ibid., num. 13.

10 Justitia simpliciter dicta præter gratiam includit alios habitus virtutum infusos, ibid., num. 20. Illa quæ datur in via, potest dici inchoata respectu illius quæ datur in patria, lib. 7, cap. 7, num. 21.

11 Inchoata etiam dici potest respectu justitiæ augmentatæ in vita, ibid.

12 Integra et essentialiter perfecta dicenda absolute justitia, ibid.

13 Imperfecta quoad gradum et statum dici non repugnat, ibid.

14 Justitia inhærens pro habitu vel actu sumpta semper facit justum habentem ex natura sua, ibid., num. 25.

15 Justitia Dei sive Christi imputativa ad formalem effectum justificationis nihil conducunt, lib. 7, cap. 7, a num. 26.

16 Christi est efficiens et meritoria causa nostræ justificationis, ibid., a num. 29. Dici etiam potest exemplaris, ibid., num. 31. Nec de potentia absoluta formaliter et intrinsece hominem justum denominare potest, ibid., num. 33 et 34.

17 Effectus formalis justitiæ inhærentis nec divinitus potest impediri. Omnia peccata de lege ordinaria excludit, num. 37. In nobis inhærens non minuit, sed auget Christi meritum, num. 40.

## JUSTUS.

1 Justus de facto nemo fit nisi per habitualement gratiam, lib. 7, cap. 8, a num. 3.

2 Justis de facto cum gratia tam virtutes per se infusæ, quam Spiritus Sancti dona a virtutibus essentialiter distincta infunduntur, lib. 6, cap. 10, n. 5 et 7.

3 Justos amat Deus distincto amore a naturali, dando illis gratiam sanctificantem permanentem, lib. 6,

- cap. 1, num. 11. Eisdem amat, etiam dum non operantur actualiter, lib. 6, cap. 1, num. 19.
- 4 Justum de potentia absoluta potest Deus gratia habituali privare, lib. 7, cap. 11, num. 13.
- 5 Justis debentur auxilia, etc., vide GRATIA, num. 95.
- 6 Justos non obligari præceptis, vide LEX, num. 3.
- 7 Justos, quamvis Sanctos, non vitasse omnia venialia, certum est, lib. 9, cap. 8, num. 18 usque ad 22. Et quomodo Patres asserentes potuisse ea omnia vitare intelligantur, ibid., num. 22.
- 8 Quoniam et quale privilegium de hoc habuere quidam, lib. 9, cap. 8, num. 23.
- 9 Justus quamdiu stare possit quin cadat, ibid., num. 29.
- 10 Justus dum vivit sui compos, potest gratiam augere, lib. 9, cap. 6, num. 4 usque ad 7. Infra terminum tamen aliquem præfixum, verbi gratia, infra gratiam Christi, Virginis, Apostolorum, etc., ad quem talem terminum attingendum, nec sufficientia auxilia habet, num. 8 et 9. Nec item de facto crescit ultra terminum sibi proprie a Deo prædestinatum, licet absolute posset illum transilire, a num. 10 usque ad 12.
- 11 Nullus infra Virginitatem ita justus, quin aliquoties non cooperetur in totum divinæ vocationi, lib. 9, cap. 6, num. 11. Sæpe etiam cooperatur inadæquate. Contrarium evenit bonis Angelis, ibid.
- 12 Justos posse semper crescere dum vivunt, et tamen non esse æquaturos gratiam Virginis vel Apostolorum, non implicat, lib. 9, cap. 6, num. 15.
- 13 Justus interdum potest esse immunis ab omni culpa et poena, lib. 9, cap. 7, num. 1. Ob incertitudinem tamen mendax erit, si se immunem dixerit, ibid.

## L

## LEX.

- 1 Lex integre et perseveranter servari non potest, nisi gratia infundatur et peccatum remittatur, lib. 8, cap. 13, num. 5. Ad breve tempus et quoad aliquos actus sine gratia sanctificante servari non repugnat, ibid.
- 2 Legis novæ uberius gratia auxilians et habitualis, lib. 9, cap. 1, num. 7.
- 3 Legem justos non obligare, quo sensu verum sit, lib. 10, cap. 1, num. 17.

## LIBERUM ET LIBERTAS.

- 1 Libertas in agendo, non in recipiendo consistit, lib. 6, cap. 6, num. 13.
- 2 Libertas sufficiens ad peccandum mortaliter, est sufficiens ad merendum apud Deum, lib. 12, cap. 3, num. 13.
- 3 Libera est receptio actus, solum in quantum ex actione libera pendet, lib. 6, cap. 5, num. 13.
- 4 Liberum arbitrium semel resistens peccato per gratiam potest semper resistere, non vero resistens semel per vires naturæ, lib. 9, cap. 8, num. 5.
- 5 Liberum arbitrium quomodo ad gratiam disponat. Vide GRATIA, num. 75.
- 6 Libertas. Vide NECESSITAS NON PECCANDI.
- 7 Libertas ad meritum. Vide MERITUM, a num. 10, usque ad 15, et num. 82.

## LUMEN GLORIÆ.

- 1 Ratio ponendi lumen gloriæ inculcatur, lib. 8, cap. 5, num. 8. Supernaturale est, lib. 6, cap. 5, num. 16. Illius causa effectiva solus Deus, ibid.

- 2 Lumen gloriæ est propter beatitudinem non solum mediate, sed etiam immediate, lib. 8, cap. 1, num. 8. Illius proximus et ultimus finis idem sunt, ibid.
- 3 Lumen gloriæ de potentia ordinaria necessarium est ad eliciendam visionem beatam, non absoluta, lib. 6, cap. 4, num. 10. Charitate perfectius est, ibid., cap. 13, num. 8. Effective beatificat, ibid., num. 9.
- 4 Lumen gloriæ non est totale principium visionis, lib. 6, cap. 5, num. 2. Neque proximum aut remotum vitale, ibid., num. 12.
- 5 Lumen gloriæ est in entitate excellentius visione beata, lib. 6, cap. 5, num. 16.
- 6 Quare lumen gloriæ non possit esse connaturale alicui substantiæ creabili. Vide QUALITAS, num. 3.
- 7 Lumen gloriæ de potentia absoluta potest communicari personæ, non habenti gratiam habitualem, lib. 7, cap. 3, num. 11.
- 8 Post infusionem luminis gloriæ potest Deus de potentia absoluta sui visionem negare, lib. 7, cap. 4, num. 4.
- 9 Lumen gloriæ gratia habituali imperfectius est in entitate, lib. 6, cap. 13, num. 8 et 9.

## M

## MACULA PECCATI.

- 1 Macula peccati consistit in privatione gratiæ cum habitudine ad peccatum præteritum, lib. 7, cap. 20, num. 14. Non est tamen mere privatio physica gratiæ, ibid., cap. 11, num. 13.
- 2 Macula peccati supponit ordinationem hominis ad finem supernaturalem, ibid., num. 8. Et includit moralem deordinationem, lib. 7, cap. 11, num. 13. A Deo positive, et physice non pendet, ibid., num. 12. Ut expellatur, pendet a Dei voluntate, ibid.
- 3 Macula peccati non potest remitti quin injuria per illam Deo facta auferatur, lib. 7, cap. 14, num. 10. Non expellitur per contritionem vel dilectionem formaliter, lib. 7, cap. 13, num. 28 et 29.
- 4 Macula peccati per gratiam expellitur, quatenus gratiæ remissio peccati debita est, lib. 7, cap. 21, num. 25. Prout de facto per peccatum inducta sine physica mutatione et habituali, gratia auferri nequit, ibid., cap. 23, a num. 6. Aliter deleri posset, si Deus alium ordinem diversum ab isto, qui modo datur, statueret, ibid., a num. 6.
- 5 Macula peccati ablata, non potest homo dici Deo offensus, lib. 7, cap. 14, num. 10. Sine voluntate peccatoris auferri potest, cap. 21, num. 24.
- 6 Macula mortalis peccati de potentia absoluta dari potest sine gratiæ privatione, lib. 7, cap. 20, num. 8 et 13.
- 7 Macula venialis peccati per nullum hominis actum physice expellitur, lib. 7, cap. 24, num. 4.

## MALUM.

- 1 Actus malus. Vide ACTUS.
- 2 Actus malus utrum sit meritorius. Vide MERITUM, a num. 16 usque ad 21.
- 3 Mali cogitatio. Vide COGITATIO.
- 4 Mali omissio. Vide OMISSIO.

## MARIA VIRGO.

- 1 Mariæ Virginis gratia a nullo justo æquabitur,

- etiamsi dum vivit, semper in illa crescat, lib. 9, cap. 9, a num. 4 usque ad 15.
- 2 Mariæ Virginis confirmatio in gratia, qualis, lib. 10, cap. 8, a num. 13.
- 3 Maria Virgo habuit potentiam ad peccandum, licet nunquam peccaverit, lib. 12, cap. 5, num. 7.
- 4 Maria. Vide VIRGO.

## MARTYRIUM.

- 1 Actui externo martyrii aliquod præmium quasi ex opere operato respondet, quod internæ voluntati, ac merito operantis non debetur, lib. 11, cap. 6, num. 21. Idem dicendum de præmio Virginitatis et Doctoris, ibid.
- 2 Martyrii perseverantia. Vide PERSEVERANTIA, n. ult.

## MATRIMONIUM.

- 1 Matrimonium contrahere est opus bonum, non tamen præceptum, nec in consilio, l. 12, c. 5, n. 5.

## MERITUM, MERERI ET MERITORIUM.

- 1 Meritum late sumptum est veluti proprietas humani vel Angelici operis deliberati, lib. 12, in prælud., num. 4.
- 2 Meritum ex vi nominis indifferenter respicit bonum vel malum opus; ex usu tamen Theologorum pro merito tantum boni usurpatur, ibid.
- 3 Meriti definitio varie inculcatur, eodem num. 4.
- 4 Meritum prævisum sub conditione tantum, non est absolute meritum, nec dignum præmio, lib. 7, cap. 14, num. 22.
- 5 Meritum apud Deum duplex, naturale et gratuitum, et quomodo differant, ibid., n. 5 et 6. Gratuitum in de condigno et de congruo subdividitur, ibid.
- 6 Homines vere ac proprie mereri in operibus ex gratia factis de fide est, lib. 12, cap. 1, num. 5. De condigno et secundum aliquam justitiæ æqualitatem apud Deum mereri possunt, ibidem, num. 10.
- 7 Merita nostra Christi merita nec minuunt, nec obsecurant, imo amplificant, lib. 12, cap. 1, num. 16.
- 8 Ad proprium meritum apud Deum aliquis actus voluntatis creatæ exigitur, lib. 12, cap. 2, num. 2. Nec satis est voluntarium indirectum, ibid., n. 7. In sola carentia seu privatione actus mali meritum non invenitur, ibid.
- 9 Differentiæ aliquæ inter meritum et demeritum assignantur, eodem num. 7.
- 10 De ratione actus meritorii secundum legem ordinariam est, ut sit proprie liber, lib. 12, cap. 3, n. 1. Imo nec de potentia absoluta potest esse meritorius, sine propria libertate, lib. 12, cap. 4, num. 6.
- 11 Meritum vel demeritum est proprietas actus moralis, lib. 12, cap. 3, num. 7.
- 12 Ad actum meritorium satis est libertas contradictionis, ibid., num. 7.
- 13 Ad meritum non requiritur potentia ad peccandum, ibid.
- 14 Per amorem beatificum Christus non meruit, sed per alium amorem Dei liberum, lib. 12, c. 3, n. 8.
- 15 Quam perfecta libertas et advertentia ad meritum, præsertim gratiæ et vitæ æternæ, requiratur, lib. 12, cap. 3, num. 12.
- 16 Nec actus moraliter malus, nec indifferens, qualis, sed tantum bonis meritorius esse potest apud Deum, lib. 12, cap. 4, a num. 1 usque ad 3.
- 17 Actus ex circumstantia malus nequit esse meritorius apud Deum, lib. 12, cap. 4, num. 7.

- 18 Actus ex hypothesi honestus, ex objecto et ex circumstantia pravus, meritorius apud Deum non foret, lib. 12, cap. 4, num. 10.
- 19 Actus venialiter malus, quando est concomitanter cum honesto meritorio, non tollit ab eo rationem meriti, ibid., num. 11.
- 20 Actus honestus, si simul sit cum alio moraliter pravo, non est meritorius de condigno, lib. 12, cap. 4, num. 12.
- 21 Mendacium leve obstetricum Ægypti et Raab, meritum alterius boni operis non impedit, ibid.
- 22 Præceptum non tollit ab opere rationem meriti, lib. 12, cap. 5, num. 2 et 13. Imo, cæteris paribus, opus præceptum est magis meritorium, ibid., n. 4. Quo sensu dicant Patres opera consiliorum magis meritoria esse quam præceptorum, ibid., num. 4.
- 23 Omne opus honestum habet aptitudinem ad meritum apud Deum, si habeat alias conditiones, l. 12, cap. 5, num. 5.
- 24 Nullus actus alterius potentiæ a voluntate est meritorius, nisi ab illa imperetur, lib. 12, cap. 6, n. 2.
- 25 Actus externus honestus ac liber, simpliciter meritorius est, si adsint cæteræ conditiones, lib. 12, cap. 6, num. 7. Non addit tamen ex se aliquorum meritum supra meritum actus interioris, lib. 12, cap. 6, num. 6. Cum hoc tamen stat quod majus sit meritum in voluntate libere exequente bonum opus externum, quam in non exequente, lib. 12, cap. 6, num. 7.
- 26 Formalis ratio meriti tota est in actu voluntatis, materialis vero in actu exteriori, lib. 12, cap. 6, num. 9.
- 27 Actui externo martyrii aliquod præmium quasi ex opere operato respondet, quod internæ voluntati ac merito operantis non debetur, lib. 12, cap. 6, num. 21. Idem dicendum de aureola doctoris et virginis, ibid.
- 28 Opus meritorium de condigno vitæ æternæ vel alicujus ad illam conducentis, ab actuali gratia necessario procedit, lib. 12, cap. 7, num. 2.
- 29 Quivis actus apud Deum meritorius de condigno debet esse modo aliquo supernaturalis, lib. 12, cap. 7, num. 7.
- 30 Non repugnat dari opus bonum in ratione meriti indifferens, ita ut nec meritorium sit de condigno, nec demeritorium apud Deum, lib. 12, cap. 7, num. 11.
- 31 Inter meritorios actus primum locum obtinent charitatis, lib. 12, cap. 8, num. 1.
- 32 Actus meritorius nullam certam postulat durationem nec intentionem, lib. 12, cap. 8, num. 3 et 4.
- 33 Justi non solum per actus charitatis, sed etiam aliarum virtutum, possunt beatitudinem de condigno mereri, lib. 12, cap. 8, num. 9.
- 34 Actus virtutum infusarum elicit ab homine grato, ex sua tantum extrinseca bonitate, absque alia relatione extrinseca charitatis, beatitudinem supernaturalem merentur, lib. 12, cap. 9, num. 4. Inductione id ostenditur in singulis virtutibus infusis, a num. 8 usque ad 11.
- 35 Aliqui actus virtutis infusæ moralis possunt esse magis meritorii quam aliqui charitatis, lib. 12, cap. 9, num. 11.
- 36 Actus moralium virtutum acquisitarum exercitii aliquo modo supernaturali a justis, sunt meritorii de condigno vitæ æternæ, lib. 12, cap. 10, num. 14.
- 37 Ut ita sint meritorii, non satis est quod fiant ab homine grato, sed ulterius debent fieri ex motivo